tum est per legem, Res, que 22. ff. de iure Fisci, & sanc*to* i-  
tum extat per instruet. Abolensi. anno 1498. cap. 4. Que  
los Receptores al tiempo que se huuiere de hazer los secretos  
de los bienes sean presentes con el Aguacil, y Notario de se-  
cretos

crestos, y escriua los dichos bienes, y assi escritos, y inventariados los ponga en poder de los secretatores, y no se entrometan à tomar, ni tomen cosa alguna de ellos hasta ser confiscados : y si algunos bienes agenos se hallaren entre aquelllos, los Inquisidores auida su informacion los manden dar, y entregar luego à cuyos fueren : & Paulo post ; y las deudas q; parrecieren liquidas, y claras que se deuen pagar, los Inquisidores las manden pagar luego ; & in capite 5. earundem instructionum hæc referuntur verba : que despues de la declaracion, y confiscacion de los bienes del condenado : si algunas deudas, ó bienes estuviieren litigiosos, ( præmitte illa verba si algunas deudas ) entre tanto que se declaran aquien pertenecen, q; el Receptor no disponga de ellos en los vedere hasta q; por el Iuez de bienes sea determinado aquie pertenecen.

45. Inanis , & infructuosus videtur labor in demonstranda iustitia Fisci Regij , quando adest tam expresa decisio; etenim si Fiscus adquiret dominium indistincte omnium bonorum delinquētis, & efficaretur debitor generis frusta , & improvide caueretur per dict. instrut. quod si aliqua debita, aut bona fuerint litigiosa post cōfiscationem , non possit Receptor ea vendere, nec de eis disponere quousq; per Iudicem bonorum confislatorū declaretur, cui pertineant, vel ad Fiscum Regium, vel ad creditores ; nam si Fiscus esset dominus omnium bonorum, dubium non est, quod posset de eis disponere post cōfiscationem. Præcipuus namq; dominij effectus est, disponere de reb' suis prout velit, l. In te mandata 21. C. mandati. Misericordia. in reb. inst. de rerum diuiss.

46. Tum etiam, quia si Fiscus esset debitor generis, & maneret obligatus, in omni cuenta creditorib' satis facere, improvide caueretur per dict. instructionē, quod si aliqui creditores bonorum superuenerint, reponatur in sequestro, quantitas aut bona petita à creditoribus, si Fiscus Regius esset debitor generis; cum posset Fiscus, seu Receptor bonorum, medio illo tempore ( scilicet à litis contestatione usque ad sententiam) vtendo bonis, patrimonium augere, & commodius creditoribus satis

facere. Igitur mens, & sententia prædictæ instructis est, quod cum Fiscus non adquirat dominium bonorum, quæ à creditoribus sunt auferenda, si aliqui creditores bonorum superuenient post confiscationem, & petant aliquam quātitatem, seu aliqua bona, cum incertū sit apud nos, an iphis creditoribꝫ debeat, recte iubetur per dictam instruct. ut quantitas petita reponatur in sequestro, donec per sententiam iudicis bonorum confiscatorum declaretur, cui competit, vel ad creditores, vel ad Fiscum, ergo si diminutio monetæ superueniat tempore, quo lis agitatur, necessario fatendū est, quod diminutio quātitatis sequestratae erit periculo vincit.

47. Ulterius progereditur d. instr. Y que los bienes q̄ se pudieren diuidir buenamente, sin perjuicio del Fisco, se diuidan, y den su parte à la persona que los huiiere de auer: y se vendieren sin hazer diuission, que luego como sean vendidos, entregue el Receptor la parte del precio à aquellos, aquien fuere deuida, sin gastar de ello cosa alguna: Quæ omnia tēdunt in eum finem, scilicet, quod Fiscus nullatenus se intromitterat in bonis, quæ à creditoribus sunt auferenda. Quomodo igitur Fiscus potest appellari degitior generis?

48. Et per Regiam proviissionem expetitā Granatæ anno 1499. quæ est in instructionibus Sæcti Officij, fol. 20. cauetur: Que el Receptor de los bienes cōfiscados, quādo hiziere dar pregon, (ut cauetur per instruct. Abul. cap. 5.) que todos los que pretendan algunas deudas à los bienes cōfiscados, que vengan dentro de 30. dias declarando lo que les deuen &c. Si alguno, ó algunos pidieren summa, ó cantidad de maravedises, dexad en el sequestro tantos bienes, q̄ basten à pagar aquella deuda, y los demas vendedlos, como soleys hazer; y aquellos que quedaren sequestrados, no se vendan hasta q̄ la causa sea determinada: quæ verba licet de sumpta videantur, ex l. Res, que 22. ff. de iure Fisci, adduc tamen mififice decisionem nostræ quæstionis, in illis verbis. Si alguno, ó algunos pidieren summa, ó cantidad de maravedises, dexad en el sequestro &c. Quæ verba, aperi te declararant, p̄ed. legem. Res, que 22. non solum esse in te-

intelligendam, in rebus, scilicet, in fundo, domo, vinea,  
sed etiam, in summis, & quātitatib⁹ : & ratio est iuxta in-  
terprætationem sup. assignatam, ad l. non possunt ff. de  
iure Fisci. Cum, l. 1. §. an bona, ff. eodem tit. de qua, infra  
dicemus.

49. Si igitur, tēpore quo, iam bona sunt confiscata,  
iuvetur per dictas instr. (quæ in uiolabiter obseruantur,  
sunt enim, leges Catholicorum Regum,) quod semper  
remaneat in sequæstro, illa quantitas, seu summa petita  
à creditoribus, quo usque declaretur, per sentētiām lu-  
dicis bonorum, cui competat; merito dicendū est quod  
si in aliquo casu fortuito, (vt in præsenti) illa quantitas  
diminuatur, aut pereat, cædere debet in damnū credi-  
torū, si in ipsorum fauore pronuntietur sentētia alias  
Fisci Regij, periculo periit, ex l. Quæ fortuitis, l. Pignus,  
C. de pign. actione. Cum notatis.

50. Quæstionem nostram, ni fallimur; disputauit  
Callistratus, in l. 1. §. an bona, ff. de iure Fisci. Cuius hæc  
sunt verba, an bona, quæ soluendo non sunt ipso iure ad Fis-  
cum pertineant, quæstum est. Labeo scriuit etiam ea, quæ  
soluendo non sunt ipso iure ad Fiscum pertinere: sed contra-  
riam sententiam eius Edictum perpetuum scriptum est: quæstionis  
fuit apud Callistratū: an Fiscus adquireret domi-  
nium indistincte, & absolute omnium bonorum rei de-  
portati aut, in metallum damnati? Et respondet cōsul-  
lus refutando sententiam Labeonis ex edicto perpetuo  
cum hac distinctione, aut bona de lata Fisco sunt soluē-  
do, aut non; si soluendo sunt, adquirit Fiscus dominium  
ipso iure illorum bonorū, quæ deducto Ære alieno su-  
persunt; si vero soluendo nō sunt, nullatenus pertinet  
ad Fiscum.

51. Quod ita accipiendum existimabamus, si hære-  
ticus, adeo esset Ære alieno grauatus, vt ex bonis suis,  
nihil possit Fisco adquiri, quia nō sufficiunt ad satisfaciē-  
dum creditoribus: quæstionis est apud Callistratum, an  
dominium illorum bonorum Fiscus adquirat, adeo vt  
ex eis teneatur Fiscus creditoribus soluere? Et respon-  
det consultus: ea bona, quæ soluendo non sunt, nequaquam

202

quam transire in Fiscum, id est, Fiscus nullum ius adquirit, in illis bonis, quae a creditoribus sunt auferenda; & ita cautum fuit edicto perpetuo, ut si ex bonis damnati, Fiscus nihil adquirere potest, nullatenus eorum dominium, ad ipsum pertineat, & creditorum nomine vendundentur; neque obstat, l. Dietitur 14. ff. de iure Fisci, quia in illius txs. specie Fiscus fuit successor hereditatis, & ita tenetur praestare legata, & libertates, etiam si hereditas ei defratur indigno, vel incapaci instituto. Et ita notat Cuiat, in d. lege, & gl. ibi verbo, *cavsis.*

52. Neque predictis obstat, Doctrina acutissimi Petri Barbosæ. in l. Si aliena, 12. n. 71. ff. soluto matr. ad interpretationem, d. §. an bona, existimantis, quod si bona viuentis propter delictum deferantur Fisco, & sic non sub nomine hereditatis, indistincte ipso iure adquiruntur Fisco; ceterum si bona vacatia sub nomine hereditatis deferuntur Fisco, non adquiruntur ei ipso iure, siue soluendo sint, siue non; que doctrina generaliter sumpta, non potest substineri; est namque contraria verbis, & sententiæ Callistrati, aientis edicto perpetuo causum fuisse, quod bona, que soluendo non sunt, non pertinent ipso iure ad Fiscum; neque discriminis ratione agssinat consultus, inter bona delata per delictum, vel sub nomine hereditatis; indistincte enim loquitur txs. de omnibus bonis ad Fiscum delatis, quo cunque titulo, ut colligere licet ex principio illius legis: vbi cōsultus refert alias causas, ex quibus Fisco deferuntur bona, & promiscue refert Callistratus causas, per quas auferuntur bona propter delicta, ibi, in capitali criminis esse, & ibi. Reum esse post mortem, iuxta txm. in l. ex iudiciorū, 20 ff. de acusat. Cuiat, in parathlitis, ad ttm ff. de iure Fisci.

53. Et cum in p̄io. legis, retulisset consultus causas, ex quibus bona deferuntur Fisco, mouet questionem, in §. 1. an bona, que soluendo non sunt, ipso iure ad Fiscum pertineat? Et indistincte respondet ea bona, que soluendo non sunt, non pertinent ad Fiscū ipso iure, quapropter decisio dicti, §. an bona, pariformiter determinat, in omniq' causis propositis, in principio illius legis;

legis; quia unum determinabile plura respectis determinabilia, pariformiter determinat. I. Iam hoc iure, 4. ff. de vulgari, l. Quāvis, C. de impub. & alijs substitut. Castillo, lib. 5. controv. 2. p. cap. 97. per totum, Mēnoch. cōsil. 704. n. 46. & cōmunitet interpretes in dibitis iuribus; qua propter, lapsus est Barbos. in interpretatione, d. §. 1. constituendo differentiam, inter bona de lata sub nomine hæreditatis, vel propter delictū; quia sine, lege loquitur Barb. & vitium commitit, restringendo decisionem generalem illius textus, qui loquitur nō solum in bonis, Fisco ex delicto alicuius delatis, sed in successionibus, alijsq; causarū figuris, ex quibus ius Fisco descendat, d. l. 1. & l. 3. §. cunquinquenium, l. Si is qui, 28. ff. de iure Fisci, & in simili vitio, reprehenditur, à Amaya, in l. Vnica, C. de pecnis. fiscal. cred. præter. n. 6. & licet, Barb. loquatur in diuersa specie, scilicet, de exceptione dominij tertij, ad excludendam actionem, tandem nobis magis placet doctrina, C. quart. de sponsal. 2. p. cap. 6. §. 8. n. 39. Menoch. consil. 79. n. 30. Rip. in rub. de donat. inter, n. 29.

54. Igitur si verum amamus, æquitatem seruare debemus: ex d. lege Sime, & titium, ff. de rebus cred. In hoc enim consistit difficultatis nodus. Exempli gratia, figuremus hypotesim; Antonius incidit in hæresim, anno 1650. & ipso facto, amisit dominium, & administrationem honorū; postea, anno 1652. mutuo accepit, à Francisco, 100. vel emit aliquā rem, & mutuum, quod recepit versum fuit in utilitatē honorū. & res empta, vel extat in bonis delinquentis, tempore sequæstracionis, aut confiscationis, & tunc restituenda est venditori, vel, consumpta fuit, & in utilitatem bonorum versa; deinde anno 1660. captus fuit Antonius, in S. Offi. & eius bona fuerunt confiscata. Franciscus, petit, ut sibi solvatur, quod mutuo tradit, Antonio, scilicet 100. quia licet contractus initus cum hæretico, non valeat, tamē, quia prouabit, quod in utilitatem bonorum versum fuit mutuum, debet sibi restitui, ex illa æquitate, & ratione naturali, d. l. Sime, & titium, l. Non hoc natura, ff. de condit

H

in deb.

indeb. quia, si *Antonius*, non receperisset mutuum, illud minus, haberet Fiscus Regius publicatis bonis, *Antonij.*

55. Ponamus etiam, quod antequā, *Franciscus*, probaret suam intentionem in iuditio, fuit publicata Pragmatica Regia, de diminutione monetæ crossæ, in qua specie, vel ad quam speciem, erat redacta omnia bona, *Antonij* delinquentis, fortassis ( ut sepe contingit, ) quia seruando, seruari non poterant. Ut cauetur, in instruct. *Hispal.* anno 1485. cap. 1. & ex hac specie, necessario deduces, diminutionem monetæ, ad *Franciscum*, pertinere, pro rata sui crediti; nam si ut sup. n. 44. cum sequentibus resoluimus; quantitas petita à creditoribus, iubetur per instruct. custodiri apud sequestrū, redacta ad certam speciem, quæ si aliquo fortitu casu perteat, aut diminuatur, eventus litis declarat, ad quæ spectat periculum, vel ad Fiscum, si absolvatur ab instatitia, vel ad creditorem, si pro eo pronuntietur; preterea, quia si Fiscus, nō alia ratione tenetur soluere, *Francisco*, disiratione utilitatis perceperit, scilicet illa centū, quæ hæreticus mutuo ab eo accepit, si hæc utilitas, scilicet centum, diminuta sit, & redacta ad 50. ad hæc solū debetur Fiscus, alias cum illius iactura locupletarentur credores.

56. Sed, cum de obligatione soluendi, ratione utilitatis perceptæ à Fisco Regio, sermonem instituimus; ( ne in æquivooco labore videamur ) opere pretium duximus, explanare quomodo intelligatur: sciendum itaque est, Fiscum non esse obligatum creditoribꝫ, ciuiili aliqua ratione, ut sup. notauimus; sed tamen, ex quadam æquitate naturali, in eo, quod factus est locupletior ex mutuo recepto, excusa utili, & nil amplius, quod idem est, ac si diceremus, quod est obligatus, ratione utilitatis perceptæ, quod intelligi debet limitative, scilicet, quod si *Antonius*, v.g. tradit hæretico, 100. quæ versa fuere in utilitatē bonorum, re vera, & cū effectu, teneatur Fiscus, reddere illa centū specifice, in quibus locupletior factus fuit.

57. Non vero, ut aliqui perperā autumant; omnia bona fiscalia, ( quæ vere, & proprie erant hæretici, ) esse

esse obligata, *Antonio*, pro illis centum mutuo traditis  
hæretico, ex causa utili, non necessaria: adeo ut Fiscus  
teneatur soluere, *Antonio*, integre, & sine diminutio-  
ne, licet ad eum non perueniant re vera, & cum effectu  
illa centum; ex quo inferunt, quod dum bona fiscalia  
percepta ex bonis illius hæretici durant, manet utilitas  
percepta, exqua, debet, *Antonius*, integre, & sine dimi-  
nutione, satisfieri: nam præter quam, quod contrarium  
extat dispositum, per dictas instructiones, relatas sup.n.  
44. & 48. plusquam iniustum esset, & omni ratione caret;  
quomodo, quæso, desiderat *Antonius*, omnia bona fis-  
calia percepta, ex bonis hæretici esse obligata, pro as-  
curatione sui crediti, si nullum cōtractū fecit cū Fisco?  
Quomodo igitur poterit Fiscus, esse debitor generis, si  
nulla obligatio præcessit cum *Antonio*? Qui licet con-  
tractus mutuus inniret cū hæretico, nec valuit, nec va-  
lere potest, ex apertissima decisione, l. 5. tit. 25. p. 7.  
Si nulla igitur præcessit obligatio, nec ullus cōtractus,  
nec quasi, innitus fuit, inter Fiscum, & *Antonium*; quo  
iure, aut qua ratione, desiderat, *Antonius*, omnia bona  
fiscalia esse obligata, ad suum creditum? & eo usque Fis-  
cum teneri, dum remanent bona fiscalia prædicti delin-  
quentis, cui *Antonius*, mutuo dedit?

58. Limitata enim causa, limitatū producit effectū,  
l. in agris, 11. ff. de adq. rer. dom. Donell. lib. 5. comment.  
cap. 5. & cum obligatio Fisci, sic limitata ad id, in quā-  
cum factus est locupletior, ex bonis *Antony*, et edito-  
ris, si Fiscus non locupletetur, ex bonis *Antony*; nisi in  
50. non potest nec debet pulsari in centum. Fiscus nan-  
que, non tenetur ultraquam ad eum peruenit, ex bonis  
creditorum. Alfar. de off. fiscal, gl. 34. §. 7. n. 205, tum  
etia, quia onus iniunctum propter aliquam utilitatē, si  
minuatur utilitas, cōsequenter minuitur onus. l. is, quā  
ducenta, ff. de legatis, 1. Olea de iur. cessione, tit. 4, q. 5. n.  
28. Lara, de anivers. Capell. lib. 1. cap. 15. per totum,  
Guzman de cuict, q. 30. n. 93.

59. Colligamus hucusque dispersa vela; ut verita-  
tis pertum appellare videamur. Deliquit hæreticus, &  
statim

253  
- 601  
- 546

Statim amittit dominium; & administrationem bonorum,  
hæc remanent sine persona, per anihilationem hæretici;  
& inuentario confessio, sequæstrantur ac veluti crea-  
ditorum concursus formatur, per legem; concurrunt  
enim creditores, ad cōsequendum ius suum; concurrat  
etiam Fiscus, ad percipiendam condemnationem, hæ-  
retico impositam à iure. Creditores imprimis recupe-  
rant, quod ipsis debetur, aut, si tunc non recuperant, sal-  
tim faciunt partem bonorum, per legem; in reliquis  
autem bonis, adquirit dominium Fiscus. d.l. Non pos-  
sunt, cum l. 1. §. an bona, ff. de iure Fisci, nam, ad hoc ut lex  
confiscationis posit deferre dominium bonorum in Fis-  
cum, necesse est, ut prius satisfaciat creditoribus, qui  
cum in hac specie, Fisco præferatur, prius debent solvi,  
ad hoc ut Fiscus adquirat dominium, in bonis rema-  
nentibus.

60. Progrediamur vñterius: medio illo tempore,  
scilicet, à die commissi criminis, usque ad sententiam  
declaratoriam delicti, est reus in possessione omnium bo-  
norum, sed non posidet, & longe diversum est posidere,  
aut in possessionem esse. Ut ait Pomponius, in l. Si quis  
an'e, 10. §. Pomponius, ff. de adq. poß. argum. txs. in l. Quod  
scrivens, 24. ff. eodem tit. Ant. Pich. principio inst. de interd.  
art. 2. n. 35. hoc inquā medio tempore; Antonius, v.g.  
mutuo tradidit hæretico, 100. existimans non esse hæ-  
reticum, (quia si sciret omne amiteret,) sed cum hæ-  
reticus, non haberet dominium, nec administrationem bo-  
norum, non valet contractus, nec potuit obligare bona  
pro asecurazione recepti; nec Fiscus, verus dominus  
illorum bonorum, in quoru possessione erat hæreticus,  
ea obligabit: sed quia illa centum mutuo tradita hære-  
tico, versa fuere in utilitatem bonorum, re vera, & cum  
effectu; recte petiit, Antonius, à Fisco ut sibi solvatur,  
ne Fiscus cū ipsisdam nolo completeatur; at cū re vera, Fis-  
cus nō sit locupletatus, nisi in 50. propter diminutinam  
monetae subsequitam, non recte desideratur à Antonio,  
integre capere illa centum (maxime, si mutuum recep-  
tum ab hæretico non fuit ex causa necessaria,) quia ad  
hoc

hoc necesse erat, quod Fiscus obligauisset sua bona, alii  
quo contractu, vel quasi; & hoc neutiquam evenit.

61. Fulcitur hæc doctrina, sequenti cōsideratione:  
nam, si Fiscus Regius, teneretur integre, & sine dimi-  
nutione, satisfacere e Antonio in supradicta specie; se-  
queretur etiam, quod Fiscus teneretur integre solueret  
e Antonio, licet bona hæretici non sufficerent; sequela  
probatur: quia post crimen commissum ab hæretico,  
adeo sunt bona illius ( de ducto Ære alieno ) in do-  
mino Fisci, sicut sunt proprij illius patrimonij, quia sta-  
tim à die commissi delicti adquirit Fiscus dominiū bo-  
norum delinquentis, quæ deducto prius æte alieno su-  
persunt: ergo si bona quæ sunt proprij patrimonij Fisci,  
non obligantur in contractibus celebratis ab hæretico,  
ut plusquam manifestum est, nec etiā illa quæ iam erat  
Fisci per confiscationem obligabūtur; & si illa, scilicet,  
ea, quæ pertinet ad Fiscum Regium ex cōfiscatione fac-  
ta per legem, obligantur pro à securatione contractus  
initi ab hæretico post crimen cōmissum, etiam illa quæ  
sunt proprij patrimonij Fisci obligabuntur. Nulla est  
enim differentiæ ratio, inter utrumque casum, quia do-  
minium omnium bonorum pariformiter est apud Fiscū,  
ac per consequens licet bona Fiscalia in quorum poses-  
sione erat hæreticus non sufficiant, tenebitur Fiscus in-  
tegre ex suo patrimonio soluere; quod nullus laus mē-  
tis ascererabit.

62 Adstipulatur doctrina Iacobi Menoch. de recup.  
possessione, remedio 4. ad explicationem exs. in l. Si me  
& titium, 32. ff. de reb. cred. ubi disputas de obligatio-  
ne producta, ex sola equitate naturali, ( licet in fortio-  
zibus terminis, quam à nobis disputatur ) plane facetur,  
quod quando defecerit illa æquitas naturalis, cessabit  
obligatio inde producta. Verba sunt Menoch. num. 4.  
*Declaratur primo, procedere cum æquitas subest, secus si illa  
cesset: Cum igitur in nostro cassu, celer utilitas percep-  
ta in partem, necessario fatidum est, obligationem ce-  
dere debere pro parte: quia idem est de toto ad totum,*  
quod de parte ad partem, l. quæ de tota, ff. de rei vēdi-  
catione

dications, & cesante causa cessat effectus. Vulgaris ex s.  
in cap. cum cesante, de appellat. l. Addigere 6. §. quāuis,  
ff. de iure patronatus.

63 Ultimo facit: quia dato, & non concessso, quod  
Fiscus Regius adquirit et dominium absolute omnium  
bonorum delinquentis; aduc non obligabitur credito-  
ribus, nisi tantum in id, quod cum effectu ad eum perue-  
nit: ad quod prouandum, inducimus argumentū sump-  
tum à Rubrica, de condicione indebiti; hæc enim cō-  
dictio, ex bono, & æquo introducta est, l. In summa 65.  
§. quod obrem, ff. de cōdict. indebiti; æquum enim est,  
quod alterius apud alterum sine causa depræhenditur,  
ut repeti possit, l. Hæc condicatio, 66. ff. codem tit. ex  
illa sepius repetita ratione, ne cum alterius damno lo-  
cuperetur. Vuesembech. in pastrathlitis ad titulū, ff. de  
condict. indebiti; si quis autem dubius, vel ignarus sol-  
uerit, transmitit dominium, & habet condicione, l.  
fin. C. de Condict. ind. & tamē in hac specie, indebitū  
recipiens non tenetur ad omne interesse creditoris, sed  
in quantum ad eum peruenit, & nil amplius; ergo licet  
fiscus adquirat, dominium omnium bonorum delinque-  
ntis, inter quæ plura sint aliena, quæ indebite, vel igno-  
rante, transierunt in Fiscum, tamē non tenetur Fiscus,  
ad omne interesse creditorum. Sed tantum in id, quod  
cum effectu ad eum peruenit.

64 Ad quod expēdo, Iur. Consulti Celsi respōsum;  
In l. Si non sortem, 26. §. Libertus, ff. de Condict. indeb.  
Cuius species, sic potest depingi Frācis̄us, v.g. accepit  
seruum indebitū, cuius vera estimatio, iuxta leges pre-  
tia rerū, ff. ad leg. Aquil. & ff. ad leg. Falcid. Reputaba-  
tur in centum auros: Franciscus autem bona fide, servū  
vēdidiit, modico pretio, scilicet, viginti; quæstionis est,  
apud Consultum Celsum, an Franciscus teneatur solue-  
re, veram serui estimationem, scilicet, centum aureos,  
vel id tantum, quod ad eum petuerit, ex vēditione ser-  
ui, scilicet, viginti? Et respondet Consultus, Franciscū  
non teneari soluet, verum serui valorem, sed id tātum,  
quod ex p̄atio habuit: exqua hypothesis, sic eformato argu-  
mentum;

mentum; qui dubius, vel ignarus soluerit, transfert dominium, in accipientem, & habet condictionem, d. l. Fin. C. de Condict. indebiti, alias, si dominium non fuisset translatum, non condictionem, sed actionem haberet, l. Oficiū, 9.l. In rem 23. ff. de rei vēdicat. Vuesenbech. ubi sup. n. 6. & tamen; indebitum accipiens, licet dominus efficiatur, non tenetur soluere verā estimationē, rei receptę, sed tantum id, quod ad eum peruenit, re vera, & cum effectu; nā vt ait Cuiat. in notis ad hūc txm. Condictione indebiti, qui tenetur ad id teneri intelligitur, quod apud eum est. & gl. ibi verb. habes notar, quod qui condictione indebiti tenetur, ad hoc tenetur, quod apud eum est, nisi dolo sciens desinet habere: quia tunc, ad veram estimationem tenetur. l. In summa 65. §. Si servum, ff. de cōdict. indeb. Bart. & Ias. in l. 7. & 15. ff. codētit. Ergo.

65 Ex quibus facile deponitur, quod cum fiscus in specie de qua loquimur, assimiletur illi, qui indebitum recipit, licet Fiscus adqueret dominium, absolute omnium bonorum delinquentis, in quibus bonis, erat res, aliena, vel es alienum, quod indebite translatum fuit in Fiscum; tamen, cum non sit obligatus, nisi ex bono, & ex quo, in quātum factus est locupletior, ex illo ære alieno, quod ad eum peruenit; non tenetur soluere creditoribus, veram bonorum estimationem, vel omne ex alienū, si aliquo casu fortuito perierit, ( vt accidit per diminutionem monetæ,) sed id tācum vere, & realiter, quod ad eum peruenit, in quo factus est locupletior. Iasso. in d. l. 7. & l. 15. §. Sed si numi, n. 7. ff. de condict. indebiti.

66 Sed dicet aliquis, præd. txm. & doctrinam relata, num. præcedentib⁹ debere intelligi, de specie indebiti soluta, non vero de quantitate: primo, quia cum quantitas sit genus, quod numquam perijt, l. In ratione 30. §. incerte, ff. ad leg. Falc. etiam casus forevient non liberat debitorem, l Incendium, C. Si certum pertatur, tum etiam; quia si quis mutuum recipiat à non domino, & expendat mutuum, quod recipit, quia per consumptionem reconciliatur dominum, cōstituitur debitor

612  
debitor quantitatis in genere, & sic tenetur de cassu  
ortuito.

67 Difficultatem hanc, proposuit Iasso. in d.l. 15. §. Sed, & si nummi, ff. de condic: indeb.n, 7. sub hac ver-  
borum contextura. Pone quod per errorem tibi indebite  
solui quantitatē pecunia, vel alienam, ut querit, gl. vel  
etiam propriam, & eam amisi si cassu fortuito, vel consump-  
si si absque dolo, non tamen in necessitate tua, & sic illa  
pecunia de sit estare? An tenearis condicione indebiti? Et in  
versiculo, Tu aduerte: respondet contra gl. Bart. &  
alios, Quod si pecunia consumpta fuit in causas necessarias  
recipientis, res est clara, quod tenetur. Cum sit factus locus  
pletior: sed quando pecunia esset consumpta sine dolo, puta,  
quia eſſet perdata cassu fortuito, vel consumpta, sed nō in res  
necessarias, vel viles, veritas eſt, quod tunc non competit  
condicō indebiti: ita tenet Ray. Iacob. Buir. Alb. Bald.  
Salicet. Caſtr. Fulgos. Alex. & dicit Alber. quod iſta op-  
nio communiter tenetur; & licet aliqui referat, quod Iacob.  
de Aren. contrarium teneat, male referut. Et ita etiā tenui  
in l. Quod in debitum supp. eo. Nam fatendo pro vero, quod  
illa perditio operetur translationem dominij, quoniā ſoluens  
non erat dominus: tamen gl. & Bart. errat dum arguunt  
de mutuo ad condicōne indebiti, eo quia in mutuo, poſtquā  
debitor recepit pecuniam, obligatur ad tantundem, quidquid  
poſta de illa pecunia sequatur; & ideo cassus fortuitus cum  
non liberaret ſi incendio perderet, aut latrones ſubriperet.  
d. l. Incendium: non ſic eſt in condicōne indebiti, in qua  
recipiens ſolum tenetur ad illud in quo reperitur locupletior  
tempore repetitionis, ut in hac l. in principio, l. Si nō sorte,  
§. Libertus eodem tit. & de hoc eſt melior t̄xs de iure secun-  
dum, Bart. in d. l. Quod indebitum eo tit. Ergo ſi pecunia  
peradit cassu fortuito, vel inutiliter consumpsit absque dolo,  
& culpa, & in nihil reperiatur locupletior, ad nihil tene-  
tur, optimum ſimile ubi idem deciditur in l. Virum, ff. de pe-  
tit. b. creditatis, cum, & petitio b. creditatis, ſolum competit  
ad illud in quo quis eſt effectus locupletior. l. Sed & ſi lege, §.  
Consiluit, ff. de petit. b. credit. & iſta eſt veritas quamvis  
alij non ita declarant: Hactenū illæ.

teſtido

Et

68 Et in l. Si non sortit, s. Libertus, n. 9. ff. de cōdici. indeb. mirabiliter tradit rationem differentiā, quare condic̄tio indebiti, & h̄ereditatis petitio, non datur, nisi quatenus recipiens factus est locupletior, sicut mutuū & condic̄tio indebiti æquiparentur, in s. 1. Instit. quib⁹ modis, re. cōtrahit, oblig. & ad mutuum cōperit actio ad id, quod datū est ingenerē: non autē inquantū effect⁹ est locupletior; ratio est, quia recipiens indebitū, obligatur vlera intentionem suā, quia nō recipiebat animo se obligandi, sicut solvens habet actionem vlera intentionem, quia soluebat animo liberandi, l. Is cui, s. fin. ff. commodati, tamen, quia æquitas naturalis dictat, nemine locupletari cum aliena iactura, datur condic̄tio indebiti, inquam̄tum recipiens locupletatur.

69 His ita constitutis, in Fisci Regij fauorem; restat nunc satisfacere creditoribus: Igitur non obstat primū fundamentum, deductū à dominio fisci, ex cap. cum secundum leges de hereticis in 6. iuncta ratione, l. Quæ fortuit, l. Pignus. C. de pign. actiore, cū notatis supp. n. 15. dupliciter enim, respōderi potest. Primo quod fiscus, tātū adquirit dominium bonorum delinquētis, quæ deducto ære alieno supersunt. d.l. Non possunt. ff. de iure fisci, l. Mulier, 72. ff. de iure dot. l. Imperator, 70. ff. de legat. 2. l. Nam amplius, ff. de legat. 1. l. Cum Emācipati, s. illud, ff. de collat. bonorum, Oſuald. ad Donell. lib. 23, commēt. cap. 15. lit. C. Amaya, lib. 1. obs. cap. 11. n. 16. & in s. unica, C. de pœnis. Fisc. cred. n. 1. Res vero aliena, aut quantitas litigiosa iubetur sequestrari, etiā post confiscationem, & eventus litis declarat, cuius pericu- lo interiit, si aliquo cassu fortuito pereat, ut aperte cōs- tat ex instructionib⁹ relatis, sup. n. 28. & 29. itaque ra- tio dubitandi cōtra Fiscum, ex ratione dominij, fortio- ri quantitur ariete pro fisco, quam contra illum. Secūdo dici potest, quod cū fiscus nō sit obligatus creditorib⁹, ciuili aliqua obligatione, sed tantum exquadā æquitate naturali, in quantum ad eum peruenit, re vera, & cum effectu; si per diminutionem monetæ, diminuerit ve- litas, quæ ad Fiscum peruentura erat, æquum est, vt di-

Solvun-  
tur argu-  
mentum

minuatur obligatio, l. Is qui ducenta, ff. de legatis, 1.  
l. Imperator, ff. de legat, 2. Menoch. de recip. posse.  
remedio 4. n. 4. Olea, Lara, & Guzman, vbi sup.

70 Minus obstat secundū fundamentū, pro credito-  
ribus aductum, quo probabamus fiscum esse debitorem  
generis, ac per consequens in omni euentu teneri, quia  
genus nūquā perijt, l. In ratione, §. In certæ, ff. ad leg.  
Falc. l, Incendiū, C. Si certū petatur. Ad quod dupli-  
citur respōdetur: Primo cū instructionib⁹ relatis n. 44.  
& 48. quibus probatur, Fiscum nequaquā potuisse effici  
generis debitorem, siquidē quantitas petita à credito-  
rib⁹, certa, & designata, ac veluti bursa inclusa, iubetur  
sequestrari, & in sequestro custodiri, vt vincēti tribua-  
tur. Ergo Fiscus Regius, nō est generis debitor, immo  
speciei certæ, & designatæ, qua perempta liberatur. d.l.  
Quod te mihi, ff. de rebus cred. si cert. pet. l. Si ex legati  
causa, 23. ff. de verb. obligat. Luneta doctrina Menoc. de  
arbitr. casu, 232, Salga. Castell. & Larr. vbi sup. Secundo  
respōdetur, quia ut sepe sepius diximus: Fiscus Regius,  
non alia ratione tenetur creditoribus, nisi in quantū ad  
eum peruenit cum effectu, ex bonis creditorum. Igitur  
si per diminutionē monetæ, ad eum non perueniat, id  
quod alias interst creditorum, tamen nō tenetur Fiscus  
nisi in id tantum, quod vere, & realiter percepit, lasso.  
vbi sup. n. 67.

71 Neque etiam obtat tertium fundamentum, quo  
probabamus Fiscum Regiū esse debitore morosum cui  
ius periculo res interijt. Quia dupliciter etiā respōde-  
tur, primo quod Regius Fiscus neutiquā potest appellari  
debitor morosus in nostra disceptatione: habet enim  
iustā causam litigandi, Nec enim temere debet ius suum  
indefensum relinquere, ut à iure Consulto Paulo respon-  
sum extat in l. Illud. 40. ff. de petit. hæred. Donell. lib.  
19. comment. cap. 14. & ibi Ossual. lit. O. Menoch.  
cons. 381. n. 46. cōs. 611. n. 27. Pichard. in disput. de  
mora. n. 33. Amaya in l. Vnica, C. de poenis Fiscal. cred.  
præf. n. 90.

72 Secundo respondetur, quod argumentū deductū  
contra

cōtra Fiscū, mirificē militat pro eo, quia ut implurimū,  
 omnes creditores, qui hodie reperiuntur in hac Inqui-  
 sitione contra bona confiscata, & sequestrata, sunt mo-  
 rosī, siquidem per instructiones. Abulens. cap. 5. & per  
 Regalem Provisiōnē supra relatam cautū est: Que el  
 Receptor haga pregonar luego que los bienes seā confiscados,  
 que si alguno pretendiere derecho, ó accion à ellos parezca  
 dentro de 30. dias declarando lo que les deuen: Ad hāc sci-  
 licet effectum. Si alguno, ó algunos pidieren summa, ó quā  
 tidad de maravedis, dexaden el sequestro tantos bienes, q̄  
 hasten à pagar aquella deuda, y los demás bendedlos: Cum  
 autē Iudex bonorum confiscatorū, publicari iussit, &  
 cum effectu fuit publicatū generale edictū, in omnibus  
 locis, in quibus hæretici habebāt domiciliū tēpore cap-  
 turæ anno 1662. in mēse Aprili, cū certo, & designato  
 termino, intra quem debebant creditores cōparere, vt  
 implurimū, sicut diximus, cōparuerunt multo post: itaq̄  
 merito eos appellamus morosos creditores, in quorum  
 damnū cedit diminutio monetæ, l. Semel mora, ff. So-  
 luto matr. l. Qui decē. l. Hominē. l. Si soluturus, ff. de  
 solutionibus, Ant. Pich. in disp. de mora, n. 35. Salga.  
 d. 3. p. cap. 11. n. 35. Menoch. de arbitr. casu 232. qui  
 quidem creditores ( è lapsō termino Edicti ) non de-  
 bent admitti ad aliquid petendū. Farinat. in prax. crim.  
 quæst. 25. n. 181. 73. Ad quartū argumentū, respondeatur nihil obesse,  
 quod in fiscū transeant actiones, quia non est hæres nec  
 personā delinquentis repræsentat. Satis diximus supr.  
 n. 23. ex quibus facile diluitur argumentum.  
 74. Ad quintū argumentū, deductum à paritate ratio-  
 nis, de bonis sequestratis in concursu creditorū, iunctis  
 Salgad. Larr. Castillo, respondeatur. Quod Fiscus Re-  
 gius nūquam vtitur rebus sequestratis, vt cautū extat,  
 per dictā iustificat. Abulens. & Regiā Provisiōnē, supr.  
 relata; & si aliquando ea bona vendit in subastatione,  
 sequester, aut depositarius, tunc sit, de mandato D.D.  
 Inquisitorum, qui in hoc procedunt veluti boni Patres  
 Familias, iubendo, quod in publica subastatione per li-  
 citationē

citationē venundentur, res quæ seruādo seruati nō possunt, & earum prætiū reponatur in sequestro, cum magno bonorū, & creditorū beneficio, nec ob id, ullū damnum patiuntur creditores, quim potius gratias agere debent, pro cura, & diligentia adhibita, quæ si non adhibetur multoties bona consumerentur tēpore, quorū denteſ omnia deglutiunt, nec haberent vnde consequi possent, quod ipsis debetur. Quæ omnia diligentissime faneſita ſunt in instruct. Hispal. anno 1485. cap. 1.

75 Ad augmentum difficultatis respondetur, quod debitor communis, qui concurſum facit eſt obligatus ciuitate, & naturaliter ad ſuos creditores, & cum nō poſſit omnibus integre ſatisfacere, facit concurſum, vt in eo ſecundum eorū priuilexia gradatim aliſentur; & cum in hoc concurſu omnia bona debitoris communis ſint obligatae creditoribus, qui actionē personalē, vel hypothecariā habent contra debitorē communē, nil miſrum ſi ſecundum privilegij, aut temporis, prærogatiuſ preferantur, licet patrimonium debitoris cūmunis minuatur. Quia cum debitor remaneat dominus bonorum, l. Is qui bonis, 3. ff. de cessione bonorū, Salg. lab. cred. 1. p. cap. 14. à n. 29. cum ſeq. & cap. 24. n. 87. diminutio patrimonij ad eum pertinet; at vero, cum Regius Fiscus non ſit obligatus, niſi in quantum ad eum peruenit ex bonis creditorum, & id reponatur in ſequeſtro, ſtatim, quod Fiscus pulsatur à creditoribus per tñm. in l. Reſ quæ 22. ff. de iure Fisci, & cautum eſt per d. inſtitutendum eſt, quod diminutio monetæ debet cedere in diſtum creditorum ſi pro eis pronuntietur, alias, periculo fisci erit diminutio, ſi abſoluatur ab inſtitutia creditoris; p̄t̄terea, nam debitor cōmunis, qui concurſum facit retinet dominium omnium bonorum, at vero fiscus in bonis litigiosis ſequeſtratis eſt in dubio apud nos, quoſque per ſententiā Iudicis bonorum declaretur, & euentus litis declarat, quis ſit verus dominus; nā ſi Fiscus abſoluatur ab inſtitutia, censetur à principio dominus; ceterum ſi pronuntietur contra fiscum, cōſequēter deciditur, nequaquā potuisse illa bona ad illum pertinere

nere, iuxta, l. Non possunt, ss de iure Fisci, quia per cōfiscationem inductam à lege, à principio reseruata fuerunt creditoribus.

76. Nec etiam obstat, sextum fundamentum, ( in quo creditores maxime innituntur ) deductum ex doctrina, septim, quam refert, & aprobat. Ths. Sanchez. in præcept. de Calog. lib. 2. cap. 22. n. 71. nam, licet possemus cōtrariam defendere, cum doctissimo adque ingeniosissimo, P. Vazq. 1. 2. disput. 172. cap. 2. n. 9. & 10. cui non impugnat, nec improbat, prædict. Ths. Sanch. libenter tamē fatemur, quod ipsæ, Sanchez satetur, in d. n. 71. scilicet, quod Fiscus tenetur soluere creditoribus, in quantum factus est locupletior, ex bonis creditorum, ne cum illorum damno locupletetur; hoc enim, & nihil amplius probat. Ths. Sanch. sicut in dictio perpendatur, eius sententia.

77. Nam, cum in num. 70. eiusdem capitinis explicuitur, quando dicatur præmium rei emptæ, extare in bonis delinquentis, ad hoc ut Fiscus Regius teneatur, satisfacere venditori. Deinde num. 71. disputat, an censeatur præmium extare in bonis delinquentis, quādo in res necessarias, aut, utiles, versum est, quamvis postea res ipsæ casu fortuito perirent? Et in hæc verba aponit exemplum: Si delinquens frumentum mutuo acceperat ad alēdam familiam, & id in horreo postum periret, vel ijs pœunijs emit seruum necessarium, aut æquum, qui postea periret: in hoc casu esse præmium mutuanti restituendum, tanquam existens inter delinquentis bona. Sic Simanc. d. cap. 9. n. 38. Azor. d. cap. 7. q. vlt, deinde refet doctrinā P. Vazq. & postea subiungit: at placet prior sententia, scilicet septim. & reddit rationem, quia cum delinquens esset in eas res necessarias expensurus propriam pœuniā, nec ob id minus periisset, minus patrimoniu publicaturus esset Fiscus, ea pœunia non accepta mutuo, aut in præmium, ac proinde consumptio, non redundant in damnum Fisci, quia ea pœunia non accepta non esset maius patrimoniu, sed tantum dē publicaturus; hæc sunt formalissima verba, Ths. Sanch. ex quibus clarissime micat eius sententia, scilicet, quod

quando hæreticus mutuum recepit ad emendas res necessarias, puta ad emendum Triticum, Vinum, Oleum, & alia necessaria, ad alendam familiam, vel ad culturā terrarum, vel servum, aut æquum, necessarium, ita ut etiam Fiscus Regius teneretur illa emere ; recte ait Ths. Sanch. quod licet cassu fortuito res illæ perierint tenetur Fiscus satisfacere mutuanti, quia si hæreticus mutuum illud non accepisset ad emendas res illas necessarias, præcisse, & necessarie expensurus erat ex bonis, illa eadem quantitas, ac pro inde consumptio non redundat in damnum Fisci.

78 At vero si hæreticus recepit mutuum ad emendas res Utiles tantum, & non præcisse necessarias, aliter sentit Ths. Sanch. in loco præallegato, & nobis conuenit omnino, ut in exemplo, & ratione relata liquido appetat; nam cum in principio numeri 71. proposuisset quæstionem, scilicet, quando præium versum est in res necessarias, aut utiles ad hoc ut Fiscus teneatur solvere creditoribus si cassu fortuito perierint ? in resolutione quæstionis tantum loquitur de rebus necessarijs de utilibus vero, nec verbum protulit; at quādo duæ res distincte esse, & sub disiunctione propounderuntur in quæstione, admissio unius, est exclusio alterius, l. Cum prætor 12. ff. de Iudit. Quia propositio seu quæstio generalis per rationem specialem adiunctam restingitur. l. Cum pater §. dulcissimis, & ibi gl. ff. de leg. 2. l. In ratione, 30. §. certis. l. Maritum, §. à Liberto. ff. ad leg. Fals. l. Titia, 36. §. Si alter, l. Quidam 96. §. si tibi, ff. de leg. 1. l. Is qui, ff. de noxal. act. l. In nave, ff. locati. l. Non amplius, 27. §. Si certum corpus, ff. de leg. 1. l. 1. C. de iure emphit. Quia ratio, est mens & intellectus dispositionis.

79 Cœterum, ipsæ Ths. Sanch. in eodem lib. 2. cap. 23. n. 10. abunde explicat, suam sententiam dicēs, quod ad dispiciendum id in quo sit auctum patrimoniu, occasione rei alienæ bona fide consumptæ, ut id sit à posessore bonæ fiduci restituendum, debere expectare exitum, id est punctum, quo cessat bona fides. Nam si ea durati, id quoque patrimonij augmentum ex re aliena habitum, est ita

ita expensum ut quando bona fides cessaat, non inueniatur auctum patrimonium, non dicitur factus locupletior, nec tenetur id restituere : & num. 3. s. subiungit; ex quo deducitur, ad probandum hunc posseorem ex re aliena consumata euasisse locupletiorem, non satis esse probare rem illam expensam in eius utilitatem ; sed ulterius probandum esse, utilitatem illam in eius patrimonio permanisse, ita ut tempore, quo bona fides cessaat, inueniatur patrimonium, ratione illius rei alienae auctum ; aperte igitur facetur, Ths. Sanch. quod quando mutuum versum fuit in res, utiles tantum, & non necessarias, necesse est, quod ipsa utilitas dureat tempore sententiae ; nam cum Fiscus Regius habeat bonam fidem in rebus, & bonis sequestratis necesse est, quod utilitas percepta ex re aliena duret, ad hoc ut teneatur soluere. Id enim significant illa verba, debere expectare exitum, & illa. Sed ulterius probandum esse utilitatem illam in eius patrimonio per mansisse, ita ut tempore, quo bona fides cessaat inueniatur patrimonium, ratione illius rei alienae auctum.

30. Eandem sententiam tunc Iasso, in l. 15. s. sed, & si nunni, n. 7. ff. de condicet indebiti. his verbis, non sic est in conditione indebiti, in qua recipiens solum tenetur ad illud, in quo reperitur locupletior tempore repetitionis. Igitur, si tempore sententiae, & repetitionis, non est factus, locupletior Fiscus ex bonis Francisci, v.g. creditoris nisi in 30. non debet condemnari, in 100. licet, illa haereticus receperisset, & in res utiles expendisset, quia cum Fiscus Regius, ut sepius diximus, non obligetur nisi in quantum ad eum peruenit, ex bonis Francisci creditoris, & in praedicta specie non percipiat nisi, 30. in amplius non tenetur.

31. Ultimo tandem, non obstat fundamentum deductum, ex l. Non puto, 30. ff. de iure Fisci, imprimis nanque negamus questionem hanc dubitabilem nec anticipem esse, quim potius nervose defendimus, indubitate esse, Fisci Regij iusticiam, ut probatum relinquisimus ; poteramus etiam respondere cum doctissimo Pedro Barb. in l. 1. 2. p. n. 14. ff. soluto matrimonio, Bulga-

Bulgarino. in eadem lege, n. 5. Socino. num. 8. Garcia.  
de nobilitate, gl. 25. n. 6. Amaya. in l. Vnica, C. de pœ  
nis fiscal. credit præferr. n. 4. Carleualio. de iuditij s  
tomo 2.lib. 1. titulo 2. disput. 1.n. 35. præd. legem, non  
puto, intelligendam esse in Fisci Regij fauorem: adeo ut  
in quæstionibus dubijs teneatur iudex pro Fisco Regio  
respondere, etenim ( ut Carleualius ait ) in dubijs quæ  
stionibus contra Fiscum iudicare adeo periculo sum est. ut iu  
dex sic iudicans se exponet suspicioi delicti, & dubitatum  
iure fuerit, an deliquerit, in d.l. Non puto; quis vero pru  
dens Iudex se exponet suspicioi delicti? Aut, quis vo  
let facere actum, de quo non sine ratione dubitari possit,  
an sit delictum?

82. Ad illud vero memorabile dictum, Philippi Se  
cundi Hispaniarū Regis, facile respondeatur, quod Rex  
illæ prudentissimus, fuit consultus de re pertinenti ad  
suum proprium patrimonium, & cū liberalitas sit pro  
pria virtus Principum, siquidem per illam assimilantur  
Deo, Opt. Max. qui dat omnibꝫ afluenter Iacob. 1. cap.  
5. ideo Magnificus Rex voluit suam virtutem, & libera  
litem ostendere in illo responso, & se conformare cū  
progenitore suo sapientissimo Illdephonso, in l. 18. tit.  
5. p. 2. ibi, *Muy bien está la liberalidad à todo ome poderoso*  
è senaladamente al Rey: ideo Tiberius Imperator  
sempre liberalitatem exercuit, pulchre Corn. tacitus  
1. annal. ibi, quam virtutem diu retinuit cum ceteras exu  
eret: & de Nerone refet idem tacitus, lib. 3. annal. cum  
humanitatis specimen exhibere velle, cuncta vestigalia sub  
ditis remittere decreuit, sed à senatu prohibitus est: de dif  
ferentia inter Fiscum, & proprium Regis patrimonium  
videndus est Carleual. de iudit. lib. 2. tit. 2. disput. 2.q.  
6. sect. 9. n. 701. fortassis aliter responderet ipsæ Phili  
pus, si de hac controuersia interrogaretur; nam si Fisci  
utilitas semper publica est, quia sine Fisci augmento pu  
blicum statu sustinere Princeps nō potest, ut alias dixit  
Vlpianus, in l. 1. §. in causa, de quæst. Fisci tributa esse  
Reipublice nervos.

83. Quidigitur dicemus de Fisco Regio aplicato ad  
Officium

Officium Sæctæ Inquisitionis ? Cuius causa vbiue debet esse præcipua, siquidem maior pars, vel ut proprie dicam, omne emolumenū, expenditur in alendis, reis carceratis, & in capiendis, & persequendis hæreticis; adeo, vt vix super sit, ex quo ali possint ministri, qui repetito puluere, continuo decertant, pro tutandis Hispaniarum Regnis, ab obsidione hæreticorū, qui vineā Domini demolire cōnантur; & cū hic labor, inter causas publicas primum locum obtineat, interst Reipubli- cæ, Fiscum Sanctæ Inquisitionis nō defraudari, à iustis, & legitimis commodis, siquidem experientia constat, səpissime Fiscum fraudari per similes creditores, maxi me Lusitanos, & mercatores; nam cum Fiscus, regulariter non possit facere, ex defectu notitiæ, probatio- nes conuenientes, ad repellendos actores, səpius vincitur, ex defectu probationum; quia hæretici reconcilia- ti, semper curāt de occultandis bonis, & collusiones faciunt cum creditoribus, & eos fauent in suis declara- tionibus; ideo in his litibus, non ita facile iudicandum est contra Fiscum. Plura alia cumulari poteramus, in Fisci Regij fauorem, quæ libenter omittimus, & nostræ disceptationi finem facimus, & omnia dicta, meliori iudicio submitimus; quia vt ait Septim.in d.cap.9.n.84. Hæc à me perfunctorie scripta, nec satis præmeditata, nec mature correpta sunt, nec dubito quin in opere præcipitato, plus semel fuerim hallucinatus. &c.

Lic. Don Alonso Arevalo  
Montenegro.

111  
Omnium Regum Iudiciorum: Cuius causa apud eum  
pet esse recipiatur, videtur missio esse. Atque  
quicunque, ouine euangelium, excepit et in ecclesia eius  
celestis, qui in eis iudeis, quod patitur iniurias, dicit  
sacra, at illis iudeis, exinde postea ministrari. Hic  
benedictus tu nunc, sonus quoque preciosus. Atque  
blessationes Regis, quod operibus perfractis, dicit  
Domini: beatissime communio locutus est de glorificatione,  
et beatissime Sangue Iudiciorum: et beatissime coruus.  
et beatissimum Regnum transiit per misericordias, misericordias  
me transiit, qui misericordia mea est. Nam cum His, sed  
iusticiam non portavimus, et auctoritatem  
nos concubuerunt, ad iudeos secesserunt, quibus auctoritas  
est, et degenerata tropo novum dicitur. Et colligimus  
et, secundum Christum decedimus postea, et secundum  
Iacobum etiam decedimus postea, et secundum  
Zionipat: ipso in his illis, secundum etiam fratres, postea  
et socios Francorum. Plus sis communis postea  
Hic est regnum nostrum, dum impetrant omnium, et nouis  
dilectionem in unum fraternum, et omnis dignus, multo  
superioris dignitatis, dum etiam secundum hanc causam  
Hoc est: nam benevolentia regna, et non quantum in rebus praetermissis.  
Et

clamans quod est probatum est de di-  
ficiencia in regno. Vnde propositum Regis patrimonium  
videtur est. Ceterum, de iudicio illis, et in iudicio, et disponit  
et hoc, et non fortassis alius respondere ipsi. Phil-  
ippos fidei hoc contra certissima interrogaitionem, quoniam etiam  
prophetas semper publica ea, quae sine hinc explicatione non  
comprehenduntur, et in aliis. Princeps non potest, et non poterit  
Vicarius, nisi in causa, de cuius est regnum, et regna, et  
Regnum. Et

112  
Iudiciorum Regnum de Regno Regni apostolorum et  
Gloriarum



